Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quid agam non apprehendam eum si
me uertam ad dexteram non uidebo
illum. Ipse uero scit uiam meam et
probabit me quasi aurum quod per
ignem transit. Vestigia eius secutus
est pes meus uiam eius custodiui
et non declinaui ab ea. A mandatis la
biorum eius non recessi et in sinu meo
abscondi uerba oris eius. Ipse enim solus
est et nemo alter conuertere potest cogi
tationes eius et anima eius quod cupi
uit hoc fecit. Cum expleuit in
me uoluntatem suam et alia multa
similia predo sum ei et ideo ab fa
cie eius turbatus sum et considerans
eum timore sollicitor. deus cor meum
mollit et omnipotens conturbauit me non
enim pu. p. m. nunc nec faciem
meam operit caligo. XXIIII

A deo omnipotente non sunt ab
scondita tempora qui amici
nouerunt eum ignorant
dies illius. Alii termines transtulerunt
diripuerunt greges et pauerunt eos.
Asinum pupillorum abegerunt et
abstulerunt pro pignore. Bouem ui
due et subiuerunt pauperum uiam
et oppresserunt pariter mansuetos
terre. Alii quasi onagri in deserto a
greduntur ad opus suum uigilan
tes que ad predam parant panem
liberis. Agrum non suum demetunt
et vineam eius que oppresserunt unde
manducant. Nudos dimittunt homines
indumenta tollentes quibus non e
operimentum in infrigore quos imbres
montium rigant et non habentes tegu
men amplexantur lapides. Vim fe
cerunt depredantes pupillos. et
mulsum pauperem spoliauerunt nudis
et incedentibus absque uestitu et esu
rientibus tulerunt spicas et inter
acervos eorum meridiati sunt. Et
calcatis torcularibus sitiunt. de ciui
tatibus fecerunt uiros gemere et ani
me uulneratorum clamabant et deus ab
multum abire patitur. Ipsi fue
runt rebelles lumini nesciuerunt
uias eius. nec reuersi sunt per sem
tas illius. Mane primo consurgit
homicida et interficit egenum et
pauperem. noctem uero erit quasi
fur. oculus adulteri obseruat caligi
dicens. non me uidebit oculus. et
multum suum perfodit in tenebris do
mos sicut in die condiuerat sibi et
ignorauit lucem. Si subito appa
uerit aurora arbitrantur umbram
mortis et sic in tenebris quasi in luce
ambulant. leuis est super faciem
aque maledicta sit pars eius in tra
ne ambulet per uiam uinearum.
ad nimium calorem tendat ab aquis
niuium et usque ad inferos peccatum
illius. Obliuiscatur eum misericor
dia. dulcedo illius uermis non sit in
recordatione sic conteratur quasi lig
num infructuosum. pauit enim sterilem
et que non peperit et iniuriam non fecit
detrahit fortes in fortitudine sua. et
cum steterit non credet uite sue. dedit
ei deus locum penitentie et ipse ab
utitur eo in superbiam. oculi autem eius
sunt in uiis illius eleuati ad modi
cum et non subsistent et humiliabuntur
sicut omnia et auferentur et sicut su
mitates spicarum conteruntur. quod
si non ita est quis me potest arguere